



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 19. Quænam sint præmittenda absolutioni à censuris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

catum , licet fuerit in foro conscientiae absolutus , vel con-
Brevi S. Penitentiarie , vel cum Bulla Crucis aut Ju-
bil. ci , vel in vim Cap. Liceat , sess. 24. conc. Trid. vel in
quocunque modo , quia isti duo fori sunt separati , &
actum in uno non adfert praedictum in altero . Pue-
ramen Judge ecclesiasticus absolutionem in foro con-
scientiae datum etiam pro foro exteriori ratam habere , nullo
reditur in praedictum partis .

163. §. 8. Pignat. suprà n. 46. refert hanc S. Coag-
gationis declarationem : *Absolutio excommunicati-
onis pro delicto non valde gravi privatum dari debet.*

164. Q. 19. *Quenam sint praemittenda absolutioni au-
suris.* R. §. 1. Absolutioni à censuris ob horrenda
& gravissima criminis incurvis praemitti debet
juramentum de obediendo mandatis Ecclesie ,
id est , de cavendo hoc crimine , ob quod incu-
rerat hanc censuram , uti explicant Suar. Sacra
Dicast. d. 3. à n. 263. iterumque n. 715. 716.

165. §. 2. Si quis in casu necessitatis absolvatur
censura qualicunque reservata , obligari debe-
sub juramento ad comparendum coram Sup-
riore , quamprimum commode poterit , ut
Jure cum communi probat Dicast. à n. 266. Quod
si absolvens ex ignorantia vel malitia non per-
hoc juramentum , alter manet absolutus , sed
null retinet onus comparendi , hæc enim obli-
gatio non oritur ex voluntate absolvientis , sed
ex ipso Jure , quod ita præcipit fieri sub pena
reincidenti , Dicast. à n. 271. Putant autem Ca-
Nav. Henr. Dicast. n. 277. satis esse , si compareat
per Procuratorem , sed probabilitas contradicit
Ugol. Castrop. d. 1. p. 11. §. 2. n. 8. Krim. n. 194.
quia Cap. *Quod de his* , 16. De sent. excomm. C-
mens III. expressè requirit , ut taliter absolum
compareat in persona , & videtur exigi presentia
per

personalis ad frangendam tantò magis contumaciam : Et si sufficeret comparere per Procuratorem , hoc ipsum ab initio poterat, ergo maleficius ab aliо : Unde debere se in persona sistere saltem percussorem Clerici , decidit Jus apud Dicast. n. 278. Hactamen obligatio comparendi cessat, quando quis per Bullam vel Jubilaeum absolvitur , tum enim absolvens habet à Papa potestatem absolvendi sine obligatione se sistendi Superiori , Dicast. n. 280.

§. 3. Si quis ab absolvendo sit læsus , ante absolutionem præstari debet satisfactio , uti jam explicabitur.

Q. 20. Quid notandum sit circa hanc satisfactionem , 167.
que præmitti debet. R. De hac dixi aliqua l. 6. p. 2.
an. 1453. & speciatim n. 1453. & 1456. dixi ,
quæ censeatur pars læsa : hic tamen pro maiore
explicatione adde seqq.

§. 1. Si facultas absolvendi sit delegata cum clausula , satisfacta prius parte , si pars sit læsa in pecunia , & ad sit facultas nunc satisfaciendi , graviter peccaret Judex , si contentus esset promisso vel juramento postea satisfaciendi : satis tamen erit , si pecuniam restituendam dederit Confessario vel alteri probo , vel campiori , qui commodius restituat , tum enim censetur moraliter satisfecisse , Dicast. d. 3. n. 542. Putant autem Bussib. n. 5. & alii cum Dicast. n. 538. quamvis nulla præstetur satisfactio , validam fore absolutiōnem , quia clausula illa videtur esse tantum ve- luti monitio : E contrà alii multi communīus dicunt fore invalidam , quia facultas data est sub tali conditione & modo . Si autem pars sit læsa in honore vel simili bono spirituali , Dicast. n. 262. dicit satis esse , si juret se satisfacturum , cùm

Ccc 4

pote-